



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XXXVIII. Domine, ne in furore tuo &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](#)

Non hostile odium his, non ullapericla nocebunt,  
Qui Dominum firmam spem posuere suam.

PSALMVS XXXVIII.

Domine, ne in furore tuo &c.

**A**Rguas ne me, Deus, infure,   
Obruas ne dum tua feruet ira,   
Ne meum pœnis grauibus, Iehoua,

Argue pectus.

Nam manus molem: Domine o, tueq;  
Vindicis virg& stimulos acutos,  
Huic & infixas anima sagittas  
Sentio tristis.

Cum mihi pœnas Dominus minatur,  
Tunc meum languet cor, et agra mens est,  
Demit & dulcem, scelerum caterua

Tanta, quietem.

Crimina heu cordi mea sunt grauamen,  
Vnica hac moles animam molestat,  
Fœda sunt delicta, caputq; longè

Transgrediuntur.

Et recrudescit mea iam cicatrix,  
Curuus & gibbosus eo, vacillans,

K 2

Atq;

Atqs submisso capite erro, lugens  
Tristia fata.

Grandis absumis mea membra mœror,  
Corpus & totum premit agritudo,  
Sumqs mutatus miser, atqs morbi  
Nulla medela est.

Eiulo tristis, queror atqs plango:  
Atqs totius manifesto cordis  
Ima, & effundo lacrymas Jehouæ  
Pectoris ægri.

Cor tremit, virtus animi fatiscit,  
Robur est fractum, mea fortitudo  
Languet, obduxitqs oculis tenebras  
Noctis abyssus.

Belluam ceu me fugiunt amici,  
Horret agnatus mea fata, turpes  
Vulnere hos vultus fugit, & propinquus  
Ridet iniquus.

Interim tendunt mihi retia hostes,  
Quotqs nouerunt, mala tot precantur,  
Et meo technis capiti dolosis  
Insidiantur.

Aure

Aure sed surda hac si no praterire,  
Instar hic muti nihil aio, nec sum.  
Hic tamen surdus neq; mutus, at nec  
Stratus ab hoste.

Sic ego factus, velut ista nunquam  
Audiam, vel sim, velut ille, qui nil  
Scit, quod opponat reprobis querelis  
Prorsus inermis.

Nam tibi credo, Pater o, salutem,  
Et meum pectus tibi dedo, Ioua,  
Tu meam causam, Deus o, benigna  
Percipis aure.

Pes meus firmus nihil ut vacillet,  
Te peto: ne cum patior molesta,  
Tum mea infestus mihi clade pulcrè  
Gaudeat hostis.

Natus in lucem, ut patiar labores,  
Perpeti natus placide dolores:  
Et mihi culpa misero grauamen  
Pectora torquet.

Criminis pondus Domino recensens,  
Nec scelus summo reticens patratum,

Interim spero Domini salutem,  
Labe remissa.

Hōstis at vivit malus, & quieta  
Pace concessa fruitur: malignus  
Gaudet, in cunctis benē prosperatur  
Atque triumphat.

Me, colo summi quia iussa Patris,  
Odit oppugnans male grata turba,  
Pro bono accepto mihi dum rependit  
Noxia damna.

Deseras ne me, Deus ô benigne,  
A tuo seruo, Pater, haud recedas,  
Huncque festines, Domine, adiuuare  
Auxiliator.

### PSALMVS XXXIX.

Dixi, custodiam vias meas, &c.

**M**Ente concepi statuique, quòd non  
Ore transgressor temere qd vñquam  
Sim locuturus: licet astet omnis  
Impiaturba.

Intuens turpes gregis actiones  
Improbi, freno cohibere nitar

Os